

**3215** L. Opio C. l. | Apolene | dono ded. | merito.

*Prope Mosciano in agro Praetutiorum rep. (Barnabei Notizie degli scavi 1891 p. 370).*

**3216** M. Mindios L. fi., | P. Condetios Va. fi., | aidiles, vicesma parti | Apolones dederi.

*Romae, nunc Monachii, tabella aerea (I 182. VI 29; Ritschl tab. IIb).*

**3217** ... mpricius C. f. | .. aburcus q. | [A]polinei dat.

*Faleriis rep., deinde Parisiis (XI 5075 vedit Mommsen).*

**3218** Apollini Genioque Augusti Caesaris sacrum | L. Apusulenus L. l. Eros magister puteum puteal laurus d. p. s.

*Prope Bononiam rep. (XI 804 vedit Bormann).*

**3219** Apollini Augusto | sacrum | magister et minister | anni LIII<sup>1</sup> d. d., | L. Laberius L. l. Felix, | Tertius Q. Q.<sup>2</sup> Nunniorum | Lunesis et Montani (*in latere: laurus; in altero latere: corvus.*)

*Romae rep. a. 4562 inter Aventinum et montem Testaceum (VI 33 ad exempla complura accurata, facta saec. XVI. XVII). Ornamenta laterum sic ut supra unus tantum auctor enotavit, reliqui variant vel tacent. — 1) Magister et minister fuerunt Laberius Felix et Tertius Nunniorum servus anno quinquagesimo altero ex quo constitutus est vicus in quo simulacrum Apollinis dedicatum est, id est ut videtur circa annum 45/6 p. Chr., nam vici ordinati et magistri anni creari (vel denuo creari) coepit sunt circa a. 747 u. c. (cf. ad N. 5615). — 2) Duorum Quintorum.*

**3220** Apollini | Q. Lollius | Urbicus | praef. urb.<sup>1</sup>

*Romae (VI 28 ter ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Cf. supra N. 1065.*

**3221** Apollini sancto | L. Minicius Natalis<sup>1</sup> | cos., pró cos. | Africae, | augur, leg. | Aug. pro pr. | Moesiae inferioris.

*Canino prope rudera Vulcentana rep. (XI 2925 vedit Bormann). — 1) Cf. supra N. 1061, infra N. 3445.*

**3222** Apollini sancto | Memmius Vitrarius | Orfitus v. c. | bis praef. urbi<sup>1</sup>, | aedem providit, | curante Fl. Claudio | Euangelo v. c., comite.

*Romae (VI 45 vedit Henzen). — 1) Praefectus urbi iterum fuit a. 556/9, cf. supra N. 1245 not. 3.*

**3223** deo sancto Apollini pacifero, ex voto libes solvit milex (*sic*) cortis X praetoriae centuria Dasi Aelius C. . . . ., libes votum reddit.

*Romae (VI 37 fortasse semel tantum descripta saec. XV).*

**3224** Apollini | salutari | et medicinali | sacrum.

*Incertum quo loco, sed Romae ut videtur (VI 59 ad apographum quod Fr. Vettoriis a. 1732 misit Gorio).*

**3225** Apollini | praestanti | C. H. M.<sup>1</sup>

*Romae (VI 58 viderunt Smelius et nuper de Rossi). — 1) Videntur indicari tria nomina dedicantis.*